tauerunt. Hæc autem noſtra Chymia, à priore nomen, agendiq; modum, etymi idonea congruẽtia, non ineptè mutuatur. Cùm enim, quod dictum eſt, potior illius cura ſit, remediorũ informes materias, artificis præparationis dexteritate, ad certam medicæ operationis regulam conducere: quod verò aluum cõturbat, inter eas remediorum facultates, quæ ſunt præcipuæ, vno omnium ore connumeretur: ſimplicium autem ſuccus, vel certè facultas, quam in ſuccũ ſeu liquorem affuſum deponunt, præcipuas depurandi corporis, aluiq; cõturbandæ vires contineat, quod præclarè docet & explicat Galenus: braſſicæ, betæ, lenticulæ, aliorumque ſuccum, æris item ſquamam, & aloën, liquore imbutam, id efficere: nil certè nos remoratur, quo minus, & noſtrã hanc Chymiã ἀπὸ τῶν χυμῶν, à ſuccorum purgantium ingenioſa extractione, quam ſic vocant artifices, indicio prioris, quæ ſoli tranſfigurationi nauabat operam, denominatam exiſtimemus. Quo ſenſu, iam parum diſtabit ab eo Chymicus, quem vulgò Medicamentariũ ſeu φαρμακοπωλὴν, copœus idẽ.

3. ſimpl. 15.

Chymicus & Pharmacopœus idẽ.